



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

14. Dies Januarii. O Beata solitudo: ô sola Beatitudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Jan
nimi
poste
at; i
nequ
inuti

14. DIES JANUARII.

O Beata solitudo! ô sola Beatitudo
S. Romualdus.

Solitudi- I. **S**i tibi hunc Sacrum quem su-
nis com- deo secessum, non persuaserit
mendatio. Mundi miseriae, ad eum vel i-
vitum invitabunt solitudinis delitiae. Quid po-
deesse delitarum homini, cum illic adest cuius deli-
tiae sunt esse cum filiis hominum? Verè ergo bea-
Solitudo, ubi sola est Beatitudo. Ejus abscondite
thesauros oculis expono. Tu illos aspice, inspice,
inspectos suspice. Solitudo est tempestatum omni-
um portus; quem qui fugit, quid supereat quam
portu careat, volvatur rerum pelago, vivat in scop-
lis, moriarur in fluctibus! O vita melior supra om-
nes vitas! vita laborum vacua, meritorum plena, u-
expectatur salus, portatur suave jugum Domini, i-
cetur, & sedetur, & sedendo confurgitur. Vita refo-
matrix animae, reparatrix morum, palestra luctati-
tum, arena currentium, campus pugnantium, ar-
cus triumphantium, legentium Bibliotheca, indi-
gentium apotheca, meditantium cella, orantium
penetrale. Illic quæ voluntas! cogitare, vel spreta
mundi delicias, vel contemptos honores, vel ben-
sparsas divitias, vel despicias voluptates, vel negle-
ctas minas, vel calcatam calamitatem. Ibi solus cum
solo Deo, læte præsentibus utitur, & futura æqua-

nimis

Januat.

Tessera.

35

nimiter expectat; non pendet in cunctum, nihil in posterum differt, quod hodie fieri possit, aut debet; id omnibus modis agens, ne datum tempus, cui neque stimulus addere vult, neque frumentum potest, inutiliter effluat.

II. Itaque sive consilium est servire Deo, quæ una est libertas & sola felicitas, sive ingenium excitere bonis artibus, sive animum imbuere raris virtutibus, sive vitam expolire probis moribus, sive aliquid meditando, & scribendo nostram memoriam relinquere posteritati, atque ita dierum fugam sistere, & hoc brevissimum vitae tempus extendere, paucorum dierum inducias à nobis impetrare, & à futilibus curas, quæ nos obsident, atque circumsonant, animum seducamus. Quapropter relinquere urbem mercatoribus, advocatis, proxenetis, fœneratoribus, publicanis, tabellionibus, unguentariis, liaisonibus, cocis, pistoribus, sartoribus, lenonibus, parasitis, circumscriptoribus, ac scurris, edacibus odorem fori vigilinare captantibus, qui illi inhant. Illi semper pendeant, ac volvantur, tu ad petram pressis vestigiis insiste; illi semper hæreant, tu progredere. Illi semper dubii consultent, tu tandem salutare consilium exequere: denique fugientem mundum amplexentur, teneantque si possint, tu Deum, & quæ dum inveniri potest, & invoca dum propè est, quin & dum corpus tuum peregrinatur ab urbe, peregrinetur & animus à corpore.

III. Vis ad hæc quæ dixi auctoritatis pondus

C 2

adjici.

adjici? (a) *Solitudo est possessio Dei. Solitarius est form
terrestris Angeli. Solitudo est ambulatorium Dei. Sol
itarius quasi quidam novus Paradisi colonus. Solit
do est curia cœlestium Senatorum.* Placet suspicere
quām altè ascendat, & quo assurgat? Audi Proph
tam: (b) *Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavi
super se. Vides solitarium levari super se, hoc est inter
homines majorem fieri homine, nullis scilicet via
huius calamitatibus tangi, nullis vexari molestiis
nullis infortuniorum turbinibus agitari, eo plan
modo, quo montis Olympi vertex adeò se altè ex
tollit, ut nullo ventorum, ac tempestatum impe
quatiatur.* Dic ergo cum Hieronymo [c] *Habeat se
Roma suos tumultus, arena seviat, circus insanis
theatra luxurient, nobis adhærere Deo bonum est,
ponere in Domino spem nostram. Obsignet hoc soli
dinis elogium D. Cypriani testimonium.* [d] *Una
gitur placida, & fida tranquillitas, una solida & firm
securitas, si quis ab his inquietantis saeculi turbinib
extractus salutaris portus statione fundetur, ad ca
eculos tollat à terris, & ad Domini munus admitti
ac Deo suo mente jam proximus, quidquid apud can
tos in rebus humanis sublime, ac magnum videtur
intra suam jacere conscientia glorietur. Nihil app
tere, jam nihil desiderare de saeculo potest, qui saecu
major est.* Tu igitur qui es hæres cœli, ut sis terra ma
jor, & in terra te cœlo inferas, ab eoru te commerci
segrega, qui nil nisi terrena sapiunt, memor illi⁹ metu⁹

A re terrena procedunt mille venena.

15. DIE

(a) *Philo. Quis recur. Climac gra. 27. Petr. Cellen
l. 4. Ep. 2. (b) Ferem. Thren. 3. [c] Hieron. Epist. 4.
Basil. de land. Erem. [d] L. 2. Ep. 7. Epist. ad Donat.*